

INSTRUMENTI IMPEDIENTORVM LVNÆ COMPOSITIO.



IN DATO plano ad datam $A B$ rectæ quantitã describantur periferiæ circularũ quatuor, tria concludẽtes spacia, quorũ intimum tantũ sit, ut distinctio dierum per horas noctiumq; inscribi possit, in sequens numerus horarum per senarium distinctarũ, postremũ uero horũ seu extimũ aliquo modo amplius sit reliqs. Hi itaq; ambitus in sex partes æquales diuidantur, in $B C D E F G$ punctis, quibus in extremo spacio ascribatur nota meridiei, & per has apposita ad centrũ & singula diuisionum puncta regula, ducantur ab intima ad extremã circumferentiam rectæ. Iam singulæ bipertiantur, & applicata ad centrum A & singula sectionũ puncta regula, ab intima circumferentia ad tertiã ducantur rectæ, quibus medię noctis uocabulũ ascribatur. Harum deinde quælibet in 12 partes æquales diuidatur. Distinguantur quoq; horæ per senarium, prout sequens schema ostendit. Volubilis autẽ rotula in hunc penè modum describetur: Ad quantitã circumferentiæ interioris designetur periferia, & sub ea tres aliæ, ac per centrũ eorũ ducatur $H I K$ recta. Exterior uero ambitus in tres partes æquales secabitur, incipiendo in H puncto, quæ erunt $H L M$, appositãq; ad I centrũ regula, ab exteriori ad secundã ducantur lineæ. Arcus uero $M H L$ uiridi colore pingatur & ei ascribatur ♁ & ♃ . Designat enim hic arcus quantitã impediementi Lunæ in ♁ luminariũ. Triens quoq; $H M$ & $H L$ bipertiat in N & O punctis, appositãq; ad I centrũ regula, à secunda ad tertiã ducatur rectæ, arcus uero $N H O$ pingatur rubeo, qui erit ♁ cũ ♄ , ♁ & ♃ , eiusq; cum ♃ & ♄ . Postremo arcus $H N$ & $H O$ in duo æqualia secetur, in P & Q punctis, adiectãq; ad I centrũ, & hæc puncta regula à tertia ad intimam ducantur rursus lineæ, arcusq; $P H Q$ pingatur flauo colore, qui quidẽ inseruiet ♁ cũ ♃ & ♄ . Ea demum rotula circa H punctũ indicem habeat, eaq; conglutinetur centro A immobilis rotule, ita ut circumquaq; liberè moueri possit, & ex centro instrumẽti exeat filũ sericum &c.

¶ Vsus huius instrumenti.

AD horam in qua configuratio proposita planetę impediẽtis cũ Luna contingit, applica indicem, & uidebis horam initij & finis impediementi, applicato filo super initiũ & finem arcus illius configurationis, ut anno 1551 currente, die 20 Februarij, hora ferè septima à meridie cõtingit ♁ & ♃ , ab hac dies impeditos quæram, pono igitur indicem super septimam à meridie, & filum applico super terminos arcus secundi, qui inseruit ♁ & ♄ , item ♁ cũ ♃ & ♄ , & id in dextra parte ostendit impediementi initium, hora 7 à meridie diei 19 Februarij, in sinistra uero finem, q est hora à meridie diei 21. Quare 20 dies cũ sequente impediti sunt, & ita de reliquis.

IN-